

ANNOT. AD DISC. IX. & X.

DE restitutione fructuum perceptorum, à qua die sciendi, habetur sub tit. de fidei. disc. 185. & 186. & sub tit. de iudic. a. f. 39. & disc. 18. de Legitima. Et quando coheres teneatur refundere coheredi, habetur in hoc tit. disc. 34.

VITERBIEN. BONORUM PRO HIERONYMO BUSSIO CUM EJUS FRATRIBUS.

Causa disputata coram Cardinali deputato, seu arbitro, incertus est exitus, credo solum per concordiam.

AN, & quando coheredes, qui integros fructus bonorum hereditarium perciperunt, teneantur ad eorum restitutionem ad favorem coheredis absentis, vel alias non curantis suae portionis fructus percipere, vel potius isti censentur condonati.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 In iudicio petitionis hereditatis, vel famil. erisc. veniunt fructus.
3 Heres sciens ad esse coheredem, non potest facere suos fructus portionis istius.
4 Unus frater dicitur administrator portionis alterius.
5 Quia unus est heres pure, alter sub conditione.
6 Quando inter coheredes censetur iudicia remissa, seu tacita donatio, quam non percipiunt fructus faciat percipienti.
7 De quodam casu tacite remissionis.
8 Datur distinctio, cum qua dicta quaestio decidenda est.

DISC. X.

ADITIS per fratres de Bussis, patentem, aliorumque majorum hereditatis, eis aequaliter delatis, Hieronymus societatem Jesu ingressus est, quare alii fratres omnia bona hereditaria possidentes, fructus perciperunt; Cumque ad plures annos, dictus Hieronymus in statu religioso perseverans, propriam portionem recognoscere veluisset, atque fratres ad divisionem provocasset, hinc petit etiam fructus decursum, quibus denegatis ex fundamento praesumptae remissionis, seu consumptionis bona fide, atque contra iustitiam benevole remissa esset cuidam insigni Cardinali, coram isto ad scribendum requisitus ex parte P. Hieronymi actoris.

Dicebam, quod in stricta iuris censura (scribendo more Advocati) pro isto respondendum esset, quoniam in iudicio petitionis hereditatis, vel familiae erisc. unde veniunt etiam fructus ad text. in litem veniunt, §. fructus, ff. de peti. hereditatis Bald. Salyceus, & ceteri in l. non est ambiguum, C. famul. erisc. A. f. h. c. disc. 240. n. 2. & 3. Buratt. disc. 473. n. 6. & 843. n. 3. ubi Adden.

Neque à consumptis excusari posse dicebam dictos coheredes, cum sciant alium habere coheredem, qui cum eis hereditates adjerat, unde propriae erant in mala fide, qui concurrente, non poterunt facere suos fructus quamvis consumptos, ut per Afflic. dicta disc. 240. cum qua passim pertransiunt moderniores, agentes de huiusmodi fructuum restitutione, ut liquet ex Buratt. locis cit. n. disc. 328. n. p. 2. recent. Caval. disc. 409. ubi solum quod illo est super competentia iudicis, quod scilicet non cadant sub interdico quorum bonorum, sed veniant in iudicio petitionis hereditatis; Sed quoad substantiam nemo dubitare videtur.

Si enim pro legitima debentur filio fructus ipso iure à die mortis parentis, etiam ante petitionem, iuxta magis communem & receptam opinionem, de qua Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. qu. 1. & cum qua passim procedit Rota & Curia, cum tamen haeres dici possit in bona fide, putando scilicet cum non esse petitionem, & ex qua ratione praescriptionis mala fides non obstat, multo magis, ubi haereditas iam est agnita, unde coheredes sciunt potius administratorio nomine fructus ex illa portione percipere, cum unus frater dicitur administrator portionis alterius frater ex deductis per Michalor. de fratr. p. 3. c. 44.

Et in fortioribus terminis duorum heredum, quorum unus sit pure institutus, alter vero sub conditione, ut ista

purificata, possit coheres conditionaliter institutus petere fructus à principio, neque coheres excusari possit, dum sciebat posse habere coheredem, cuius portionis interim administrator erat, ceteris allegatis probat Andreol. controu. 255. Quicquid enim sit de veritate iuris assumpti non mature examinata, dum incidenter deducebatur; Attamen per argumentum à fortiori nimium videbatur facere ad rem.

Scribentes pro coheredibus, vim constituebant in eadem donatione, seu remissione, de qua ceteris allegatis Surd. conf. 234. num. 37. Respondebam tamen id procedere, ubi cessante communione universali, concurreret societas, seu communio vite, quia scilicet fratres, vel alii cohabitantes parent ad unam vitam, seu, ut postea dicunt ad unum panem; Tunc enim si unus ponit majores fructus, quam alter, videtur de exuberanti facta tacita donatio, ut in specie de fratribus cum dicta inductione Angel. in l. quid sit fugitivus, §. apud Celsum, ff. de Edict. Edict. Ad den. ad Bald. in l. ut nemici, Cod. de collation. litera A. Suffragante etiam huic parti regula generali super donatione in dubio excludenda, nec de facili etiam inter conjunctos inducenda, nisi alia urgeat adminicula ex deductis per Caval. disc. 603. num. 5. & 6. disc. 544. §. rec. dec. 41. p. 9. in princ. & sequius.

Allegabant etiam deducta per Andreol. controu. 318. Vem. ca non faciebant ad casum, unde plana erat responsio ex defectu applicationis ad factum, ibi enim patruus, qui cum nepotibus bona in communi possidebat, extra patriam in cuiusdam Principis aula diu splendide vixerat, abique co quod constaret, quod habuisset alios redditus ad illam vitam sustentandam deducit, dum salarium erat tenuis, ideoque probabiliter in se ad praesumptam solutionem, quod scilicet singulis annis, vel congruis temporibus, fructuum propriae portionis aequalitatem nepotes subministrarent, ut communis usus docet; Id autem nullatenus intrare poterat in hac facti specie, in qua agebatur de fratre vivente in Religione abique fratrum subsidio.

Ista dicebam tanquam Advocatus de stricto iure; Interrogatus autem ab eodem Cardinali, quid ex proprio iudicio pro veritate sentirem, dixi mihi videri (procedendo cum illa aequitate, & bona fide, quae inter fratres attendenda est) inspicendum esse, an dicti fratres, qui integros fructus perciperant, ex eis effecti essent locupletiores, quia nempe cum exuberantibus aliquas fecissent acquisitiones, ita ut pro hac rata dici possint fructus vere, vel acquipollentes extantes; Isto enim casu, cum cessarent omnia, quae in iure habentur super excusatione à perceptis, & consumptis ratione bonae, vel saltem non male fidei, atque dicti fratres agerent potius de lucro captando, probabilibus dicendum videbatur in eos, qui consumpti sunt, referri prius debere proprios, quam alienos, ita ut isti exuberantes utpote referendi ad alienos, deberent eorum dominio restitui; Secus autem in casu converso, ubi scilicet omnes bona fide consumpti essent, quia nempe fratres crederent, quod per fratrem effectum religionum essent neglecti, & remissi, dum hinc probabilis credulitas excusare videtur à consumptis, quorum restitutio importaret damnum de proprio in sorte contra omnem aequitatem, & communem usum; Incertum autem est quid sequatur sit, credo autem quod honesta concordia controversiae finem dederit.

ROMANA CENSUS PRO LAURENTIO CIANTES, CUM FRANCISCO STELLA.

Causa decisa per Rotam pro Francisco.

De aditione hereditatis resiliante ex actibus facti, & quando adesse dicatur, necne, ubi impugnetur per eum, in cuius praedictum aditio allegatur.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 De Rota decisionibus praesupponendis.
3 Resolutio causa.
4 De aditione hereditatis ex actibus factis.
5 Declaratur quando id procedat.
6 Quomodo ista quaestio decidenda sint.
7 Quod aliquando resolutiones procedant ex motivo aequitatis, sed ad beneplacitas decisiones, adducantur conclusiones generales.

- 9 Etiam stitulus non substat, sufficit eius credulitas, & derivatione.
10 Declaratio animi contraria multum attendenda est.
11 Aditio hereditatis in minore, vel muliere exigis solemnitates statuit.
12 Tutor male agit audeudo hereditatem sine inventario.
13 De admisionis ratificatione.
14 De restitutione in integrum ob iustam opinionem remissive.
15 Monitum quomodo deferendum sit decisionibus.

DISC. XI.

DEFUNCTO Martio Jordano, superstitibus Marcello, & Paulo filiis; Cum defuncto etiam Marcello, Societas Sacramenti S. Laurentii in Damaso Martii creditrix, pulsasset Paulum tanquam heredem, qui d. qualitatem negabat, hinc atque desuper disputatione in Rota cor. Bichio sub die 1. Junii 1641. incidenter occasione remissionis, firmatum fuit constare de aditione per actus facti, ut liquet ex decisione, quae habetur impressa dec. 48. p. 9. rec. & inter illas Bichii dec. 66. Dicta vero litem per concordiam sopita, post longum intervallum, coram Iudice particulari; Francisco Stella contra eundem Paulum, seu Laurentium eius interim defuncti heredem, cum praesupposito dicte hereditariae qualitatis plures excitavit praetensiones; Cumque pro stylo decisionis praesertim super statu veniant praesupponenda etiam in Rota, multo magis coram Iudicibus inferioribus, donec revoventur, & quatenus etiam stylo rigorose non intraret (cum vere & proprie ille procedat in eadem causa, & inter easdem partes) adhuc tamen sint magna auctoritas, quae solent Iudices in contrarium iudicare; Hinc proinde, ut frequenter contingit, reassumpta fuit revisio cor. Bevilacqua subrogato coram quo sub die 20. Junii 1669. pro confirmatione responsum fuit, unde propterea per concordiam, istam quoque controversiam terminare oportuit.

In hacigitur ultima disputatione cor. Bevilacqua in qua solium scripti pro Laurentio impugnando decisionem (cum de tempore prima ad curiam adhuc non accessissem;) Non negabam generalem theor. Bart. in l. legit. in 31. ff. de acqu. her. cum concord. in eadem decisione deductis, ut hereditatis aditio, nedum verbis, ac expresse fieri possit, sed etiam tacite, seu implicite, ac per actus facti, possidendo scilicet bona hereditaria, sive illa vendendo, aliaque faciendo, quae citra ius, & nomen heredis fieri non possunt, quos actus plene reassumit Menoch. l. 3. p. 101.

Et converso autem Scribentes in contrarium non negabant eisdem theoriae declarationem, seu moderationem, in decisione quoque admittam, de qua apud Menoch. ubi sup. Cyr. contr. 244. n. 27. & 199. Capyc. Latr. dec. 13. num. 10. Greg. dec. 460. Buratt. & add. disc. 207. & passim, ut id procedat, quando agatur de actibus omnino univocis, ac per se necesse concludentibus, qui citra ius, ac nomen heredis fieri non poterunt; Secus autem dato alia possibili titulo, vel iure, ex quo illi fieri poterint, cum tunc aditio non resiliat, quoties ita non allegatur per ipsum filium ad eum favorem, sed per creditores, & alios in eius praedictum; Tum quia actus in dubio referendus est ad illum titulum, qui sit facientis utilitas, magisque proficius; Tum etiam quia aditionis praesumptio fundata est in excludendo delicti, quod alias resiliaret, possidendo bona aliena, eaque alienando, sive alias de eis disponendo ex eadem ratione, ob quam habetur plures sub tit. de leg. & de ad. conclusio super electione bonorum alienatorum ad terminos text. in l. Marcellus, ff. de rebell. & consequenter ibi alteri potest titulus, tam delicti, quam praedicti exclusivus, huic potius tales actus, referendi veniunt.

Hinc proinde tam istius, quam multarum aliarum similiarum controversiarum occasione frequentissime habita, cum videatur articulus in foro pene quotidianis; Dicere consuevit quod ista non est quaestio iuris, sed modi facti, & applicationis, ex cuius defectu inter se non acquiritur processum esse cum theoria generalibus, in te veris, quando (ut dictum est) actus remaneant univoci, ad alium titulum non referibiles; Secus autem isto accedente, cum tunc pariter vera, & indubitata sit limitatio, cum tunc pariter vera, & indubitata sit limitatio; Ideoque totus punctus huiusmodi controversiarum est, an verum sit in una, vel altera propositione, seu theoria, quod pendet à nudo facto, eisque circumstantiis.

His autem attentis, in hac facti specie de stricto iure pro

non aditione omnino respondendam videbatur, nisi dicamus quod processum fuerit ad favorem actoris cum quadam non scripta aequitate; Propositiones autem generales, quae quavis ad rem non applicabiles, deductae fuerint pro ornata declaratione, quae de stylo Tribunalis perneccesse in qualibet resolutione edenda est, ut advertitur sub tit. de iud. in rel. Rom. Cur. occasione agendi de Tribunalis Rote, dum actor erat dicti Pauli nepos ex forore, seu alias actori gradu conjunctus, ac nobilis, bonis fortunae non multum provivus, eoque neglecto, extraneum amicum instituerat iuxta seriem, de qua sub tit. de fidei. 62.

Possessio etenim, ac respective venditio aliquorum bonorum, & iurium, unde ad huiusmodi aditionem inferuntur, siam habebat causam, cui referenda veniebat, crediti sic, dotium materharum respectu aliorum bonorum indifferentium, praesertim unius domus venditae; Et quoad quadam territoria in castro, seu oppido Zag. rola, ex tenore cuiusdam investiturae, seu verius ex quodam statuto, seu decreto antiquo edito per quemdam dicti loci Ducem Columnensem, constans habebatur, ac etiam hodie habetur opinio, ut ea territoria, quae à privatis possessa, originaliter proveniunt ab eorumdem Ducum concessionibus, sint feudalia in forma pacti, & providentiae, unde propterea in eis succedant soli heredes sanguinis iure proprio, atque non sint transmissibilia ad extraneos.

Et quamvis ubi non adest investitura, quae ita disponat, id non subsistat, ut in decisione advertitur, atque pluries practicavi pro tempore, quo idem status Zag. rolae stetit penes Ludovicos acquirentes à Columnensibus, saltem respectu concessionum, quae à statutum, seu decretum praecedat; Attamen dicebam (etiam in sententia) eadem, quae insinuantur quoque sub tit. de feud. disc. 19. super puncto, an ex possessione feudi hereditarij praesertim non, inferri possit ad titulum hereditarium, quod cum aditio hereditatis dicatur actus pendens ab animo, quam lex eatenus praesumit, quatenus ita cogat necessitas excludendi purum delictum intrusionis, & occupationis rei alienae sine causa, quod alias ita resiliaret, idcirco attendendus est animus facientis, atque sufficit titulus putativus, sed jure opinatus, cum ad hunc effectum adeo praedictum requiritur animus certus, ac determinatus, qui ubi non habeatur expressus, eatenus à lege praesumitur, vel subintelligitur, quatenus alio titulo quamvis colorato deficiente, praecise utraque dicta ratio delicti, ut bene prosequitur Cyr. d. contr. 244. n. 37. cum segg. atque ad sensum, ipse discursus naturalis clare probat.

Clarius vero ex duplici circumstantia, Primo scilicet quod in eo tempore proximo, praefati Camillus, & Paulus, post facti à quodam alio creditore paterno, tanquam heredes, expressae declarantur in actis, le non esse tales, quam declarationem in proposito nimium attendendam esse habetur apud Cyriae, d. contr. 244. n. 36. & segg. Et de consimili declaratione etiam in castro, quo intererat habere qualitatem hereditariam, firmatum fuit per Rot. in Rom. retro venditionis domus, de qua sub tit. de serv. disc. 87.

Et secundo fortius, quoniam d. Camillus, & Paulus, de tempore mortis patris, remanerunt pupilli, vel minores, sub tutela, vel cura patris actoris, qui erat etiam eius heres, atque aliquid ex his actibus praedictis per eos gerentem, ipso curatore authorizante, unde propterea, vel id nullatenus eis praesudicare debebat ex recepta conclusione hoc eod. tit. & in altera de alien. & contrab. ac alibi insinuat, ut actus aditionis edat (sub statuto Urbis 151. ideoque per minores, ac nullatenus, absque solemnitatibus ibi praedictis fieri non possit; Vel quod ipse actor tanquam heredi tutoris, vel curatoris respective, obtineret exceptio doli, vel altera circumspecta deducta ex text. in l. vendicantem, ff. de evict. ob culpam in excusabilem tutoris, vel curatoris praedicti non audeudi hereditatem patris iuxta communem usum cum beneficio inventarii omnium praedictorum praeservativo, ideoque actione tutelae tenebatur sine dubio ad quanti interest.

Atque hinc coram me dicebam praecipuum actoris fundamentum in decisione quoque deductum, respondendo ad minorum aetatem, & ad d. contrariam animi declarationem, quod scilicet facti majores, ipsi ratos habuerint actus gestos tempore minoris aetatis, quodque dicta declaratione non obstante posita in eorum praedictum potuerint mutare propositum; Tum quia vere factum non allucebat; Tum etiam quia iusta opinari potuerunt, quod coram tutor, vel curator bene eius officium egisset, & consequenter, adversus eundem, eisque haereditatem sine dubio praefata exceptio doli intrabat; Sive quod intrarent eadem, quae habentur in Persina disc. 12. super iusta causa restitutionis in integrum,

regum; Ideoque ex pluribus etiam singulariter ponderatis multo magis simul junctis, dicta resolutio nullatenus in puncto juris probabilis videbatur, verè non habens aliud fundamentum, nisi dictam non scriptam aequitatem, quæ in iudicando non sufficit, ubi jus scriptum in contrarium urgeat, unde propterea credendum, quod in revisione pro communi Tribus Tribunalis scilicet, plenius insinuat in dicta sua sede, sub tit. de iud. perari debuisset recessus, nisi causa finem habuisset ut supra; Hinc propterea, ut plures advertitur, monendi sumus caute procedere in deferendo decisionibus, indagando statum, vel exitum causæ, in qua prodierunt, ac bene combinando casum circumstantias, non autem eas attendendo in sola litera per omnibus casibus &c.

S U M M A R I U M.

- 1 De additione hereditatis, ex quibus illa resultat, 2 Ista requirit solemnitates statutarias.

ADNOT. AD DISC. XI. cum plur. seqq.

1 Aditio in his discedibus de additione hereditatis, & ex quibus illa probata dicitur, super quo habentur sparm aliqua de acta in quali fere materia, & præsertim sub tit. de fund. d. 19. de succed. d. 15. & 21. & de iur. d. 6. & 6. In hoc autem codit. d. 33. habentur solum aliqua de statuto 174. Scenisi super additione paternæ hereditatis, denegato beneficio inventarij; Et aditio restituitio in integrum. 2 Quod autem aditio hereditatis requirit solemnitates statutarias, habetur sub tit. de alien. & contract. prohib. d. 33.

PERUSINA ADITIONIS PRO GASPARE DE CRISPOLDIS. CUM CREDITORIBUS PATERNIS.

Responsum pro veritate.

Aditio hereditatis, an inducatur per enunciativas in iudicio factas, quia ibi comparando quis enunciatur hæres. Et quatenus sic, an adempti; quamvis majori, adversus aditionem competat restitutio in integrum; & de istius restitutionis materia.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series. 2 Aditio hereditatis inducitur ex eo, quod quis comparando in iudicio dicit se heredem, & n. 7. 3 Probatur etiam aditio per enunciativas factas in aliis actibus. 4 An repudiatio probetur per verba id denotantia. 5 Quid ubi dicti actus iudiciales facti sunt per procuratorem. 6 Verbum idem, est personale. 7 Declarator conclusio, de qua, n. 2. 8 Ubi hereditas est suspecta non de facili intrat presumptio aditionis abque beneficio inventarij stante illius usu. 9 Datur distinctio, an agatur de additione favorabili, vel odiosa, & prejudiciali. 10 Ubi præcedit declaratio repudiandi, tunc difficultus inducitur aditio. 11 Dicta declaratio animi probatur etiam per testes singulares, & imperfectas probationes. 12 In his que pendent ab animo, statim declarationi faciendis. 13 Aditio inducitur etiam per actus facti, dummodo alio titulo fieri non poterint. 14 De restitutione in integrum etiam majori danda adversus hereditatis aditionem ex clausula generali, si qua mihi. 15 Que regula tenenda sit in hac restitutione concedenda, & neganda. 16 An sit deneganda restitutio, si minor aditus postquam est effectus maior, novos autem hereditarios gerit, & n. 19. 17 Quid sit restitutio in integrum. 18 De intellectu text. in l. 3. §. si quis cum minore, ff. de minor. 19 De eadem conclusione, de qua, numer. 16.

D I S C. XII.

1 Defuncto Petro de Crispoldis, superstitibus Gaspare, & aliis filiis, in prosecutione eujusdam iudicij per d. Pe-

trum viventem inventati, occasione quorundam comparationum, seu actuum gestorum per Gasparem suo, ac fratrum nomine, enunciabantur dicti Petr. hæres, unde propterea, detecta iurium hereditarium insufficientissimè Gaspar prædictus creditorum molestias, consilium pro veritate petiit, an adversus immixtionem per creditores ex dictis actibus præsentiam, se tueri posset; Et quatenus non, an saltem, quamvis esset major, recurrere sibi concederetur adversus hujusmodi immixtionem ad beneficium restitutionis in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iuxta causam &c.

Contra Gasparem, ut aditio inducatur dicitur per comparationem in iudicio, in qua se heredem enunciavit, ubi præsertim comparatio fuit occasione rei hereditariæ, multum obulare videri dicebam deducta apud Buratt. dec. 279. numer. 2. & 5. ubi allegantur Mant. & ceteri; atque numer. 2. in individuo ad hanc facti speciem ponderatur illud verbum, cum effectum, quod in hujusmodi comparationibus quoque continebatur, quasi quod tale verbum designet eum, qui factus, & verbis vere hæres existit; Et generaliter quod aditio probetur per enunciativas, vel actus, in quibus se nominat quis heredem, habetur dec. 474. & 478. p. 5. rec. alias apud Merl. dec. 247. & 280. & dec. 74. num. 6. ac dec. 106. n. 16. & 7.

Et quamvis ex parte eujusdem Gasparis justificaretur, quod ipso coram amicis pluries declarasset animum diversum, abstinendi scilicet à paternæ hereditate; Ponderabam tamen hujusmodi verba non probare formalem repudiationem, seu absentationem, sed solum quandam animum, quo deinde mutato, aditio seu immixtio recte sequi potuit, ut habetur dec. 48. n. 6. & seq. p. 9. rec. confirmata in Rom. census 20. Junij 1659. cor. Bevilag. §. penult. de qua causa habetur hoc cod. tit. d. c. præced.

Prout licet ex parte eujusdem Gasparis diceretur, quod dictæ iudiciales comparationes, in quibus hujusmodi enunciativas continebantur, factæ non essent per ipsum, sed per procuratorem causidicum, ad iudicia locum deputatum, non habentem hoc mandatum quod utopie explandum super animi declaratione de iure non dubitaret esse debere speciale; Nihilominus pro dubitatione ponderabam, quod ex actibus apparebat, ut comparationes prædictæ factæ essent per ipsum Gasparem, unde donec concluderetur probaretur contrarium, deferendum erat actui, ut in his specialibus terminis Gratian. discept. 81. in fin. Præsertim quia in aliquibus continebatur verbum idem, quod personalitatem ac præsentiam denotat, ut probant Buratt. conf. 64. n. 20. & 70. Surt. dec. 125. n. 1. Rot. in Rom. recessione concordia 15. Junij 1648. cor. Corrado dec. 192. p. 10. rec.

His tamen non obstantibus; Probabilis pro Gaspare respondendum censui, in aditionis exclusionem, quoniam enunciaciones non erant in ipsa dispositiva comparationis, vel instantiæ, sed in præliminari concipi folio per Notarium ad exprimendam personam comparantis, ideoque cum ea possint esse verba Notarii ita extensa parte absente, operativa non sunt, nisi probetur quod concepta essent parte presente, ac expressè, vel saltem tacite approbante, ut in his terminis individualibus ceteris allegatis habetur apud Grat. discept. 694. n. 30. & 31. & discept. 711. n. 67. Buratt. dec. 207. n. 13. ubi Add. n. 19.

Clarius ex pluribus conjecturis, & circumstantiis contrarium verisimiliter fuissent illa præsertim, quod ageretur de hereditate evidenter damnosa, atque ab initio reputata suspecta, vel saltem intus, unde propterea difficultus intrat præsumptio aditionis, & consequenter magis urgentes intrat perfectæ probationes desiderantur, cum in dubio, stante præsertim communi hodierno usu, etiam opulentissimas, ac notoriè lucrosas hereditates non adempti, abque beneficio inventarij non de facili presumenda sit hujusmodi facti adempti suspectam hereditatem abque dicto cautelo, quæ etiam in opulentis, tam de facili, & 3 quocumque adhiberi solet, Mant. de consuet. l. 12. tit. 1. §. 8. Greg. dec. 460. num. 15. Royas dec. 285. n. 13. & 14. alias dec. 393. n. 19. & 20. & n. 35. cum seq. p. 9. rec.

Utenim habetur apud Mant. loca cit. Menoch. l. 4. præsumpt. 100. & seq. ac alios, de quibus in proximè allegatis decisionibus, magna differentia est, ubi hereditatis aditio, vel immixtio allegatur per ipsum filium, vel alium legitimum successorem favorabiliter, pro legitimatione persone ad exercenda jura hereditaria; Et casum ut id allegatur à creditoribus, vel tertio, in ipsius aditus damnum, vel prejudicium; Primum enim casu rectè intrat regula, filius, & n. 19. hæres, non autem in secundo; Atteno præsertim iure novissimo, per quod filius non est amplius hæres necessarius, sed

sed absentationis beneficium habet; Atque cum hac distinctione observandum responderi ad dec. Buratt. 279. quæ est revocatoria d. dec. 207. coram eodem, quoniam in eo casu aditio allebatur tanquam favorabilis, ac ad effectus utiles, & proficuos; in quibus terminis procedunt dec. 74. & 106. p. 7. rec. & alie.

Alteram ponderabam notabilem circumstantiam deductam ex dicta præcedenti contraria animi declaratione pluries facta coram amicis, & demeritis; Licet enim illa non excludat animi mutationem, ac successivam aditionem; Nihilominus est circumstantia, que difficiliorem reddit aditionis probationem, que proinde magis perfecta, & conclusiva est desideranda, ut in specie advertitur dec. 293. n. 23. & seq. p. 9. rec. aliàs apud Royas dec. 285. nu. 16. & 448. n. 6. & latius in Rom. societatum officiorum 18. Martij 1658. coram Melio, & in eadem causa eadem de cor. Alber. in quibus agitur de terminis favorabilioribus inducendi aditionem pinguis, & lucrosæ hereditatis in debitore ad commodum creditorum.

Atque in eisdem decisionibus firmatur, quod hujusmodi voluntas non adempti, etiam per testes singulares, vel aliàs imperfectas probationes justificari potest, ut etiam admittitur d. dec. 48. p. 9. rec. ubi non agatur de actu communicato cum tertio contrahente, ut ita distinguendo habetur n. 8. cum seq.

Alteræ quoque videbatur circumstantia considerabilis, quod non constabat, an dictæ comparationes verè per ipsum Gasparem factæ essent; Licet enim ad excludendum delictum Notarii ita præsumi soleat; Nihilominus id percutere videtur validitate illius actus, & circa effectum, ad quem agitur, ut pro eo explicando procuratur causidicus, de mandato ipsius principalis id fecerit, cum aliàs de communi usu hujusmodi comparationes, & protestationes, quamvis sub nomine principalium, per ipsos causidicos fieri soleant, Et nihilominus negari non posse observabam, quod hujusmodi actus non esset certus, sed æquivocus dupliciter; Primum scilicet quod id fieri poterit a causidico ut supra; Et secundò, quod potuerit esse verba Notarii juxta d. dec. 207. Buratt. unde propterea esse dare præsumptum ex præsumpto, atque præsumptionem cumulum contra recepta principia.

His accedebat jurata declaratio per eundem Gasparem facta, quod nunquam talem animum habuerit hujusmodi hereditatem adempti; In his enim, que ab animo pendunt, quoties actus non est omnino clarus, & univocus, sed dubius & æquivocus, attendenda est declaratio facientis, ut in his terminis specialibus d. dec. 393. n. 39. p. 9. rec. aliàs apud Royas dec. 285. n. 25. in fin. & generaliter apud Othob. dec. 119. n. 8. & 195. n. 8. Cytac. contr. 295. num. 30. cum seq. & sub tit. de donat. ac alibi.

Accedente postissimum qualitate dictæ Gasparis, viri nobilis, sacerdotis, & Canonici, qui communi omnium opinione reputabatur probare vitæ, & timorata conscientia, que omnia, ubi singulariter, & de per se non sufficient, ac difficultatem passis, unita videbantur concludere.

Difficultatem solum facere videbatur ea circumstantia, quod dictæ iudiciales comparationes factæ fuerint occasione rei hereditariæ, prosequendo licet à defuncto conceptam, ideoque ultra verba, concurrentibus quoque actus facti, ex quibus etiam aditio inducitur, juxta theor. Bart. in l. gerit, n. 21. ff. de acquir. hered. de qua late Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. cum plurib. seq. & d. d. præced. Verum hæc difficultas moveri videbatur ex eo, quod Gaspar prædictus, & fratres esse crederentur paternæ hereditatis ex causa dotium maternarum, & pro reintegracione fidelicommissi majorum, unde propter executionem sententiæ, per debitorem obtenta, ex recepta propositione pluries infirmata, præsertim sub tit. de cred. quod creditor dicitur sui debitoris procurator, istaque diversi tituli possibilis sufficit ad excludendam aditionem, que per actus facti non inducitur, nisi quoties illi citra jus, & nomen heredis abque delicto geri non poterunt ex deductis per Menoch. ubi sup. Greg. d. dec. 460. & in allegatis decisionibus in Romana societatum officiorum coram Melio, & Albergato, & d. d. præced. præsertim verò, ubi agitur de inducendo aditionem ad effectus odiosos, & adempti prejudiciales, quo casu videtur principium inducendum.

In omnem eventum, cum ageretur de hereditate nimis damnosa, atque aditio non esset omnino expressa, atque dectiva, que per causidicum imprudenter fieri poterunt, ne-

que constaret de usurpatione bonorum, vel alii malis animis, & fraudis indicis (quo casu rigorosius procedendum est); Dicebam denegari non posse remedium restitutionis in integrum, quod etiam in majoribus ex clausula generali, si qua mihi &c. quoties (ut dictum est) cessat suspicio fraudis pro iudicij officio, denegandum non est, ut plene & punctualiter ceteris relatis, firmatur per Rot. dec. 89. p. 9. rec. reper. post Marin. l. 2. res. 96.

In proposito autem hujusmodi restitutionis in integrum, que etiam majoribus ex justa causa concedi debet adversus aditionem hereditatis simpliciter, & abque inventarij beneficio factam, quoties de tempore aditionis, reputetur idonea, postmodum verò damnosa, & præjudicialis detecta est; Principaliter inspicendum venit, an petens restitutionem, in bona, vel mala fide versetur, & an aliqua urgeat suspicio occultationis bonorum, quodque ad hunc effectum malitiosè inventarij confectio omnia esset; Vel potius è converso constaret de sinceritate, quodque dicta omisso proveniret, vel à simplicitate, vel à iusta credulitate idoneitatis hereditatis; Unde propterea super hoc puncto sæpius coram A. C. aliisque Tribunalibus disputato, sublinendo quodque concessio, quandoque verò denegacionem hujusmodi restitutionis in integrum, frequens mea dicendi consuetudo erat, ut ista sit questio potius facti, ideòque certa, & determinata regula desuper tradi non possit, sed ex qualitate facti, ac singulorum casuum individuis circumstantiis decisio pendeat pro iudicij prudenti arbitrio.

In una verò Mediolani, pro illis de Aste cum Comite Sorbellono pulsato tamquam hærede patris à prædictis de Aste creditoribus, de cuius serie habetur sub tit. de leg. & deat. d. 25. Cum peteret restitutionem in integrum adversus aditionem paternæ hereditatis factam de tempore minoris ætatis, pro denegacione dicebam (pro creditoribus scribens) quod ubi solum obstarer actus, verbis, vel factis gestis de tempore minoris ætatis, denegari non poterat restitutio in integrum, que tamen in ea facti specie deneganda erat, ex eo quod idem post jam completam majorem ætatem, quandam bona, seu jura hereditaria tanquam hæres, ac hereditario nomine per viam formalis, ac translativæ alienationis distraxerat; Aliud enim non est restitutio in integrum, nisi repositio in statum pristinum, itaut ex legis fictione actus gestus de tempore minoris ætatis habeatur pro non factis, ex deductis per Odd. de restit. in integr. p. 1. q. 1. art. 4. num. 32. Quare admittitur annullatione omnium gestorum de tempore minoris ætatis, dum postea factus major, actus hereditarios gesserat, ita inanis dicta restitutio remanebat ob aditionem ex istis novis actibus resultantem adnotata in legis ff. de acquir. hered. cum concord. per Menoch. d. l. 4. c. 99. cum seq. Greg. & Add. dec. 7. & 98. dec. 48. p. 9. rec. cum aliis d. d. præced.

Non negabantur hæc per Scribentes pro Sorbellono in integrum restitutionem petente, sed totum fundamentum per eos constituebatur in dispositione textus in l. 3. §. si quis cum minore, versic. si etiam, ff. de minor. ubi deciditur, quod si minor, qui se paternæ hereditati immiscuerat, factus major, aliquid ab hereditariis debitoribus exegerit, adhuc inspecto initio, restitutionis beneficium obtinere debet.

Super hujus textu intellectu, cum contrarium videatur dispositum in eujusdem §. initio; Excitata per Accursi difficultate, illam solvit ex sola ratione necessitatis, quasi quod secuta immixtione, actum necessarium fecerit, exigendo nomina hereditaria, que ex debito officii hereditarij exigere tenebatur, secus autem si actus non fit necessario consecutus, sed omnino voluntarius, ad quem faciendum lex non cogebat; Atque Accursi intellectum laudant Azzo in summa, C. & ut si major factus, n. 2. ubi eund. Accursi aureum appellat Odd. de restit. in integr. qu. 25. art. 6. numer. 62. Merenda l. 10. contr. cap. 19. n. 9. Fab. in ration. ad eund. tex. in d. leg. 3. §. si quis cum minore, versic. si etiam, bene Merl. l. 2. contr. c. 53. ex n. 12. in fin. ubi ingeniosè d. tex. eujusque rationem expendit, atque Oddi traditionem loc. cit. in specie refert, & laudat Barbof. super C. in l. 1. C. si major factus, n. 10. & 11.

Hinc proinde inferebam, quod cum actus, de quo agebatur, non esset necessarius, sed merè voluntarius, cum nomina debitorum exacta non essent ab ipsis debitoribus offertibus solutionem, que per creditorem recusari non potest, sed per viam translativæ cessionis, consequenter cessabat ratio d. text. in qua unice ejus dispositio fundatur; Et clarior, quia in hac facti specie, ac respectu prædictorum de Aste, nec quidem exigibilis aderat suspicio illius doli, seu fraudis, in qua etiam d. text. fundari videtur, ratione

Je Gonsj exinde resultantis, ut singulariter advertit Merl. de contr. 52. in fine.
Verum reflectendo ad veritatem, de premissis dubitabam, quoniam, data aditione, vel invalida, vel elidibili ob exceptionem, seu restitutionem in integrum, omissionem, actus etate ob nimis prejudicalem inventarii, omissionem, actus subsequentes, quamvis in etate majori utpote consequuti, vi, referendi veniunt ad p. prescriptum minus verum, & edibile, ac habere videntur speciem ratificationis, que juxta receptas propositiones non inducitur, nisi data explicita scientia nullitatis tam juris, quam facti, ut sepius sub tit. de alien. & contr. g.

Licet enim alienatio bonorum hereditarium, seu ceteri actus, qui citra jus, & nomen heredis fieri non possunt, aditionem inducant, nihilominus id procedit, quando ex ipsis actibus deduci potest voluntas tunc ad eundem, id autem in presenti videbatur dici non posse, dum hic heres actum predictum non fecerat ex integro, quasi quod ita faciendo tunc animum declararet ad eundem, sed ut dictum est, id gestum fuit, de quo premissis retento, quo cessante, corruunt actus consequuti, & ex eius fundamento gessit; Atque juxta hanc dubitationem per concessionem restitutionis in integrum iudicatum fuit per Senatum Mediolani, ubi presens controversia agebatur; Unde postmodum disputatum fuit de detractionibus, de quibus dicti actores opponebant adversus dictos Comites opposites de avito fidei commissio, ex iis, que in hac eadem causa habentur deducta d. d. 25. de detract.

**R E A T I N A
P R O P I Z I C A J A,
C U M E U S E B I A.
Casus disputatus coram A.C. incertus est exitus.**

Aditio hereditatis maternae per filium, an & quando inducta dicatur per retentionem dotium maternarum penes patrem.

S U M M A R I U M.

- 1 De questione, an per retentionem dotium inducatur aditio in filium.
- 2 Datur questio facti decidenda cum distinctionibus.
- 3 Quando agitur de aditione prejudiciali, verior est negativitas.
- 4 Quid ubi ad effectum transmissionis hereditas est lucrosa.
- 5 Aditio hereditatis utilis, & lucrosa de facili admittenda.
- 6 Quid ubi de aditione ad effectum, ut jus queratur creditoribus advenit.
- 7 An debitor sua conscientia possit non adire hereditatem.
- 8 Ubi ultra dictam retentionem dotium factam a patre, concurrat aliquid factum ipsius filii, tunc facilius per aditionem.

D I S C. XIII.

Septis in diversis causis, & ad diversos effectus mihi contingit disputatum esse articulum, an scilicet per retentionem dotium uxoris defunctae per virum superstitem factam, inducta dicatur aditio hereditatis in filium ex d. muliere superstitibus, & legitimis ejus hereditibus juxta sententiam Bart. conf. 129. l. 1. & in l. gerit. n. 28. ff. de acqu. hered. At que dubitandi occasionem prebuerunt DD. contradictiones, seu distinctiones, an scilicet ageretur de filio infante, vel econverso majore infanta; Et an actus retentionis esset univocus, vel equivocus, quod scilicet vir alium non haberet retinendi causam, nisi tanquam patrem, ac legitimus admistratores filii heredis mulieris defunctae, vel econverso alium haberet retinendi titulum ratione lucris totius dotis in usufructu sibi delato, ut esset in Urbe ex Statuto; Sive quod ab eadem muliere relicta esset usufructuarius, cum similibus, ex iis que late ad materiam per aditionem excludenda colligit Altogr. conf. 81. lib. 1. apud quem habentur late collecti concordantes frustra transibendi.

Occasione autem presentis controversiae disputata coram A.C. inter illos de Pizzicis creditores Domini, agentes ad bona in eundem debitorum ex materna hereditate obventa, & ejusdem Domini jam defuncti fororum, presententem, quod ob non aditionem maternae hereditatis,

ista sibi alias per Statutum exclusae delata esset, proindeque nullum jus dictis creditoribus ad bona hereditaria competere, quod etiam disputati in causis, de quibus habetur sub tit. de credito, d. 40. & d. 136. & 137.

Reflectendo ad veritatem, advertendum, quod in hujusmodi questione, qua potius est facti, & voluntatis quam juris, certa & determinata regula generalis admittenda non est, sed decisio pendet a singularum casuum particularibus circumstantiis, procedendo tamen cum plurium casuum distinctione, cum qua conciliari videntur pugnantem auctoritates, eo modo quo ferè in omnibus facere oportet.

Primus casus est, ubi agitur de inducenda aditione maternae hereditatis, que debetur, vel oneribus involuta sit, adeo ut filio, vel habenti causam ab eo, expediat sequatam non esse aditionem, que odium, & gravamen importet, proindeque impugnetur; Et tunc, cum actus, ex quo aditio resultat, debeat esse omnino univocus, & qui citra jus, ac nomen heredis fieri non possit, recipienda venit opinio negativa, ut per retentionem dotium a viro superstiti factam, inducta non censatur in filium aditio maternae hereditatis, quamvis in viro nullus concurreat titulus retinendi hujusmodi dotem jure proprio; Tum quia id referri potest ad communem usum debitorum, qui non pullati, neque adstricti, non de facili ultroneam debiti solutionem faciunt, sed in eo obdormiunt; tum postmodum modernis temporibus propter abusum adiciendi juramentum in quocumque actu, in defunctuinem abierunt, infamias, aliaque poenae, que in debitorum perjurio de temporibus Bart. & antiquiorum forte in usu erant, unde de facili resultat presumptio retinendi debitum ex alio titulo legitimo, dum ex iis, que sub eod. tit. de credito, ac sub alio de iudicio non semel habentur, ac licet ex Ritibus M. C. V. Neapolis ibidem deductis, tunc adeo perjuris debitor, qui debito tempore non solvebat, puniebatur, quod amputationem manus dexterae pati cogebatur.

Alteram rationem ad favorem filii dictam aditionem impugnantis concurrentes, quod cum ipse vivens sub paterna administratione, assimilandus veniat pupillo, vel minori, viventi sub administratione tutoris, vel curatoris, hinc proinde a patria potestate solutus, atque sui juris effectus, recte impugnetur potest imprudenter, ac damnosum actum a patre gestum, ad eundem hereditatem sine beneficio inventarii, quod culpa late speciem hodie continere videtur, dum quilibet etiam parum diligens, id negligere non solet; Nisi postquam sui juris effectus esset, atque hujusmodi actus male gessi recte conficiunt, tales actus ratificatorios gesserit, qui novam aditionem ex integro in ipsomet inducerent, quod raro ad proximè est deducibile ex hodie recepta conclusione, quod per ratificationem necessaria est certa scientia nullitatis actus facti, & juris; Unde propterea dicebatur, quod plures auctoritates de isto casu loquentes male ad illam presentis controversiam, vel similia deducebantur.

Alter est casus propter disputatus per Altogr. d. d. conf. 81. quando de eadem aditione inducenda agatur, ad effectum transmissionis ejusdem maternae hereditatis in filium defuncti heredes, praesertim extraneos, contententes de mero lucro, ac sepius resistentem equitate, qua nempe ageretur cum magis conjunctis mulieris defunctae, quibus eadem hereditas, exclusa dicta aditione, ac respectu transmissionis, praesertim in Fanen. d. 15. ubi de hac transmissionis materia; Et tunc, quia transmissio videtur regulariter prohibita, atque juxta unam opinionem reputatur odiosa, idcirco strictius ad aditionem inducendam procedendum venit; Et nihilominus, ubi agatur de hereditate non suspecta, sed potius utilis, & lucrosa, unde de facili intrat aditionis presumptio, probabilius opinio esse videtur affirmativa per aditionem ex plene deductis per Nat. conf. 74. n. 10. & 109. Surd. dec. 140. m. 10. Magon. dec. 1. Florent. 148. n. 11. Gregor. dec. 42. l. 7. Cavaler. (qui hanc dicit veriore) dec. 504. m. 6. Baratt. dec. 523. m. 6. cum sequ. dec. 217. n. 3. par. 5. recent. dec. 528. n. 4. par. 4. tom. 3. Interamen. usufr. 18. Julii 1649. coram Cerro im. 4. tom. 3. recent. dec. 329. & post Merlin. de legitima de c. 202. & in aliis; Ex dicta ratione, quod utilis, ac lucrosa hereditatis aditio facillime inducitur, ac etiam levissimi actus sufficiunt Bart. in l. gerit. n. 5. Maschard. de probat. concl. 40. n. 9. Thel. jun. lib. 2. que sit. foren. 51. n. 5. Quinimo in actibus mere favorabilibus & lucrativis sola scientia absque alia probatione acceptationis sufficere videtur ex deductis dec. 189. n. 15. post Zacch. de oblig. & in aliis frequentes, de quibus sub tit. de donat.

Tertius demum est casus controversus, ubi scilicet, de 6 fun-

sancto eo, in quo aditio controversitur, contentio sit inter ejus creditores sistentes causam onerosam, & eum, cui alias dicta hereditas ob proximioris non agnitionem delata esset, contententem de mero lucro; Et tunc, ubi praesertim agitur de hereditate lucrosa, vel saltem non suspecta, omnino recipienda videtur per regula opinio Bart. ut scilicet per hujusmodi retentionem a patre factam, censatur inducta aditio; Tum ex dicta ratione non de facili praesumendi repudiationem, non curacionem lucris, & utilitatis exinde resultantis, Tum etiam ex communi usu, per quem, praedefuncta muliere, dos penes virum tanquam patrem nomine filiorum matris heredum continuare solet; Ac etiam quia, quo magis ille, cui delata est hereditas, aere alieno gravatus erat, atque debitis implicitis obiit, eo magis praesumptio est inducta aditionis, ob utilitatem ejusdem defuncti animae resultantem, ne ita, ob res alienum non solum ea gravata remaneat; Quia quidem enim sit de questione, an debitor possit, nec ne tuta conscientia, & citra peccati labem repudiare, seu nolle agnoscere hereditates, seu fideicommissa, vel legata sibi delata in prejudicium creditorum, super quo habentur DD. hinc inde collecti apud Gratian. disp. 271. n. 26. Capyc. Latr. & Aden. dec. 88. Prat. observ. 15. & 16. & sub tit. de credito, d. 137. & 138. Cum in dubio tenenda sit opinio tutior pro anima, facilius intrat praesumptio aditionis, ac etiam, quia in concursu contententis de causa onerosa contra foventem causam lucrativam, de facili pro illo contra istum respondendum videtur.

Clarius autem, ac de plano, ubi aliqua etiam levia concurrant adminicula, ejusdem filii animi indiciantia, adeo ut aditio non omnino deducatur ex sola retentione dotium per patrem facta, ut erat in presenti causa, in qua docebatur de inhibitione dotali per cum Dominicum tanquam heredem matris obventa adversus patris creditores dari posteriores; Licet enim dicta inhibitiō, per ipsum a Curia absentem, juxta morem, obenta esset per quemdam Cusidicum, de ejus mandato explicito non constabat; Nihilominus efficax praesumptio erat, ut id gestum esset ad instantiam ipsius Domini, cujus intererat in possessione bonorum patris, ut hoc jure adversus creditores se tuti; Concurrentem etiam mandati praesumptionem resultantem ab imperita, quam pro hujusmodi inhibitione obtinenda facere oportuit, atque in dicta Romana census, de qua sub titulo de Credito concurrebat circumstantia, quod idem filius, cui materna hereditas delata erat, evaserat heres patris postmodum defuncti, qui erat dotis debitor in pecunia, ideoque idem filius effectus erat debitor sui ipsius, & de consequenter nullus actus positivus desiderandus erat; Et de filio continuante possessionem bonorum dotalium maternorum post mortem patris, ut ita dicta aditio clarius inducta, seu confirmata remaneat, habetur in dicta Interamen. usufructus coram Cerro dec. 329. par. 10. recentior.

**AVENIONEN. LEGATI
PRO ISABELLA PALUZZI
CUM CATHARINA SORORE.**

Casus disputatus in Congregatione Avenionensi, credo, sepius per concordiam.

An in aditione hereditatis facta judicialiter, adhiberi debeant solemnitates statutarie requisitae in actibus gerendis per minores, & mulieres; Et quando actus dicantur judiciales ad hunc effectum.

De inventarii invaliditate ex defectu solemnitatum; Et an adversus hujusmodi nullitatem, mulieri, vel minori, seu alteri competat restitutio in integrum, & quando.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Data nullitate aditionis, ad quid teneatur ille, qui adit.
- 3 Statuta prohibentia contractus, & obligationes, capiunt aditionem hereditatis.
- 4 De eodem.
- 5 Quid de aditione facta cum auctoritate Judicis.
- 6 Solemnitates statutarie non requiruntur in judicialibus.
- 7 Quando dicatur actus judicialis.
- 8 Quomodo ista materia intelligenda sit.

- 9 De restitutione in integrum competente mulieribus, & aliis privilegiatis.
- 10 Quid de restitutione competente etiam viris majoribus.
- 11 Deferendum est usui circa solemnitates.
- 12 Inventarium quoad non citatus habetur pro inspecto.
- 13 Quomodo ista materia restitutionis in integrum debeat regulari.

D I S C. XIV.

Um istarum sororum pater, servata odibili inaequalitate, Catharinam natu minoram heredem universalem instituerit, Isabellam vero heredem particularem scripserit in legato scutorum mille, quorum promptam solutionem in pecunia haeres quoque denegabat sub pretextu insufficientiae virium hereditariarum; Hinc proinde, accerta, rabiosaque lis in partibus longo tempore agitata fuit super inventarii nullitate deducta; Tum ex defectu solemnitatum, Tum fortius ex dolosis occultationibus bonorum; Et delata causa ad Curiam coram Legato Avenionensi (qui Pater nepos esse solet) ejusque Congregatione Avenionensi, nuncupata, post plures disputationes, me non scribente in causa) habitas super defectu inventarii, illud per plures resolutiones minus legitimum declaratum fuit; Quare Catharina heredis defensor ad novum convolarunt motivum nullitatis aditionis ob non adhibitas solemnitates ab eo Statuto, in contractibus alioque actibus praedjudicialibus mulierum, & minorum requisitas, quodque in omnem eventum, ubi etiam actus esset validus, mulieri tunc minori adversus omnia solemnitates concedenda esset restitutio in integrum, atque super hoc novo motivo, aliis Isabellae Advocatis adjunctis sui ad scribendum, sed post unicum scripturam, credo quod causa per concordiam finem habuerit, dum amplius actum non audivi.

Duo igitur erant puncti distincti, Primò scilicet invaliditatis actus aditionis ob non servatam formam a Statuto praescriptam; Dictaque nullitate posita cessabat omnis questio super invaliditate inventarii, dum ita causa reducebatur ad non causam, dictaque mulier censenda erat non haeres ab initio, obligata solum actione de dolo, vel de in rem verso, restituere id quod haberet in manibus, vel in ejus utilitatem versum esset juxta ea, quae generaliter habentur in minore invalidè contractante; Et secundo quatenus dicta nullitas non subsisteret, an adversus omnia solemnitates, beneque non confectum inventarium, beneficio restitutionis in integrum ei subveniendum esset.

Quatenus igitur pertinet ad primum, Scribentes pro rea conventa allegante nullitatem, deducebant conclusionem, de qua d. d. 109. ibi; in sinuatis decisionibus, & alias, ad probandum quod Statuta prohibentia minoribus, & mulieribus, contractibus, alioque actus facere sine certis solemnitatibus, comprehendant etiam aditionem hereditatis; Idque verum quamvis ea fieret cum inventario legitime confecto, per quod cuiuscumque praedjudicii preservatio inducitur, quoniam ipsum onus administrandi hereditatem, ac reddendi rationes, causare dicitur incommodum, & praedjudicium, ideoque ille, quem les municipalis imperfecti iudicii declaravit, quodque propterea alieno indiget auxilio, debeat istud adhibere, ut apud Gregor. & Ad. dec. 181.

Et quamvis Ego scribens in contrarium; more Advocati deducebam eadem, quae in proposito Egidianis, vel Carpenfis infirmantur eod. d. d. praedictis; quod scilicet cum Statutum loquatur de contractibus, & distractibus, trahendum non sit ad istum actum, quasi quod, in contractibus, vel distractibus, qui positivè cum altero fiant, verificari valeat ratio fraudis, vel circumventionis, cui statutaria dispositio innixa est; Sedus autem in isto actu, qui gerit dicitur sponte sua absque alterius consensu intervenit Attamen in foro contrarium hodie receptum videtur praesertim in Curia; Et quidem non improbabiler, quoties agatur de aditione, quae verbis, vel factis fiat in forma extrajudiciali juxta plene deducta auctoritas apud Menochi. presump. 99. & 100. ac habetur pluries hoc eodem titulo; Tum quia haeres ad eundem, cum credituribus hereditatis, ac legatariis quasi contrahere dicitur, ergo adeo contractus; Tum etiam quia verificabilis est eadem ratio fraudis, & circumventionis in creditoribus, & legatariis, qui hereditatem suspectam habentes, ita minorem, vel mulierem circumvenire possunt ad incautè eam ad eundem, ut ita jus, vel obligationem acquirant in ejus persona, & bonis propriis, Ac etiam quia si ista conclusio recepta est in terminis Statuti 151. Urbis, quod

quod in verbis restrictum est ad quatuor contractus, & tamen extra dubium habemus, quod spectato sine, seu ratione, illi stent demonstrative, non autem taxative, & consequenter, ut comprehendant omnes actus, ex quibus lesio resultare potest, ut in sua materia sub tit. de alienat. & contr. ad. prohib. Multo magis ubi agitur de Statuto, quod magis generaliter de contractibus, ac distractibus disponit, unde propterea, cum praesupposito, quod actus esset extrajudicialis, agnoscebam, quod nullitas esset inevitabilis.

Verum quia actus aditionis sequitur erat coram Iudice in ea forma, quae praesertim penes infallibiliter usitata est in M. C. V. Neapolis, ubi praebulum dicitur, quod scilicet exhibitio testamenti in casu testati, vel facta summaria probatione fillationis, seu alterius proximitatis in casu intestati, ac etiam mortis ejus, de cuius hereditate agitur, obtinetur de Iudice declarari haeres, ac obtinetur etiam mandatum de immittendo cum clausula sine praesudicio habentium meliora, & postiora iura, vel altera salvo iure alterius, aut aequipollentis, ut advertitur sub tit. de iuris. d. 94.

Atque receptam habemus conclusionem, ut solemnitates statutarie non requirantur in actibus judicialibus, quoniam iudicii calor eas supplet, seu eis aequipollent, Put. decis. 158. lib. 1. decis. 64. num. 10. post Gilian. ad Statut. Perus. Bur. dec. 201. num. 9. & in alia; Hinc proinde difficultas restricta fuit ad punctum applicationis, an scilicet verè hic actus dici possit judicialis, cui dicta conclusio applicabilis esset.

Verum licet Ego scribens ad causae opportunitatem, Advocati more, subitinerem affirmativam, dum cum decreto 7 Iudicis id sequitur erat per acta Notarii aduarii, discreti à simplici Notario privato, qui solum de contractibus, aliisque actibus extrajudicialibus rogatur; Ac etiam quod accesserant, eisdem Iudicis autoritate, citationes, certae, atque proclama. &c. in consecutione inventarii; Attamen, (reflectendo ad veritatem) dubitabam, ideoque libenter, consului concordiam, quoniam vera, & propria iudicii forma dicitur illa, quae sequatur tamquam iudicentia, contentiosa, habeatque tria essentialia eius requisita consistentia in Actore, Iudice, & Reo, quod casu acta mature, praevio Advocatorum, & procuratorum consilio, ac praevia discussione geri dicuntur per Iudicem cum causae cognitione, ac in vera forma iudicii, cuius calor merito solemnitates supplet, ob dictam causae cognitionem saltem implicitè supponendam, vel praesumentiam; Secus autem ubi agitur de huiusmodi actibus merè voluntarie iustificacionis, absque oppositore, nullaque accedente causae cognitione, dum quemcumque comparentem, ac probantem summariè mortem ejus, de cuius hereditate agitur, ipsumque esse in gradu successibili, Iudex haeredem declarat, nulla adhibita causae cognitione, quae necessaria non reputatur ob clausulam praerativam praesudicii alterius desuper apponi solitam, ideoque Iudex non inquirat, an minor, vel mulieri expedit, necne, ideoque intrare potest eandem ratio fraudis, & circumventionis à creditoribus, & legatariis, aliisque interessatis.

Est bene verum, quod ut advertitur eod. d. 94. seq. non ita generaliter, ac in litera huiusmodi propositiones capiendae veniunt, sed circumspicte pro facti qualitate, principaliter verò attentò sine, seu ratione, ob quam solemnitates introducendae sunt, ac desiderantur, ut scilicet huiusmodi personae imperfecti iudicii non circumveniatur, non autem, ut alios fraudent, ac circumveniatur; Et consequenter ubi ex facti circumstantiis constat quod mulier sagax, siye habens virum, vel alios conjunctos, qui in effectu de hereditatis emolumento contendere, habuerit, vel commode habere poterit quos consulere, ut inventarium solemniter, ac fideliter conficeret, atque cum ea ignorantia, quae dici solet affectata, seu crafra, vel sapina, in hoc se gesserit, ut bona hereditaria occuparet, atque creditores, vel alios interessatos fraudaret, sub clypeo istius nullitatis, ad annos allegandae, tunc ex audienda non veniret; Potissimè verò ubi obierantia de facto doceret, quod in aditionibus, quae cum Iudicis autoritate, quamvis non contentiosa, seu voluntaria, & absque causae cognitione sunt, adhiberi non soleant illae solemnitates, quae in contractibus voluntariis adhibentur; Secus autem e converso, ubi de simplicitate, ac inadvertentia constat, seu de fraude, & malitia ministrorum, vel aliorum, qui ad eam supplantandam ita se gesserit, ut ponderatur infra, d. 25. in proposito mulieris, quae tamquam haeres solverit primo venientibus absque cautione.

Atque licet seculis huiusmodi Statutis, in puncto juris communiter recepta videatur regula, seu distinctio, in muliere, vel simili persona, cui regulariter restitutionis in integrum beneficium concedi solet, quod scilicet; Aut agitur de

omnimoda omissione solemnitatum, & tunc restitutio non intrat; Aut facta est aditio cum beneficio legis, seu inventarii, atque ad istius consecutionem de facto processum fuisse, sed non bene servate sunt solemnitates de iuris processu servandae, & tunc restitutio intrat juxta dec. 229. Franch. cum aliis infra d. 17. Attamen pariter pro meo sensu, erroneum videtur generalem regulam ita statuere pro quocumque casu, quoniam pariter, tam in una, quam in altera distinctionis parte, circumspicte procedendum est pro facti qualitate, ex qua decisio pendere debet, & an defectus proveniat à mera subtilitate, vel rigore juris, quod attento juris ignorantia non excusat, vel potius admixta sit malitia, aliisque inexcusabilis culpa de facto.

Si etenim etiam viro majori, in quo nulla concurrat causa concessiois huiusmodi beneficij, adhuc tamen praesulum non est iudicis officium illud concedendi ex clausula generali si qua mihi & juxta plenè firmata dec. 181. part. 9. rec. quae reputatur in materia magistralis, ac pluribus in aliis infirmatur; Multo magis ubi sexus infirmitas, vel rusticitas, seu alia similis causa id exigat; Et e converso, sexus, vel rusticitas, aut minor aetas, vel alia similis causa regulariter hoc beneficium digna, aniam prebere non debet dolo, ac fraudibus, adeo ut verè ita pariter dicatur materia potius facti, quam juris, ex bene regulata, prudentique arbitrio pro facti qualitate in singulis casibus decidenda, non autem iudicio more, cum regulis, & propositionibus generalibus in omni casu procedendum est.

Applicando autem ad rem; In hac facti specie supponebatur, quod in huiusmodi aditionibus, quae sunt coram Iudice, alio solemnitates adhiberi non solent, ideoque iudicij usui deferendum esse dicebam, ut pluribus advertitur sub tit. de alienat. & contr. ad. prohib. ac etiam certa erat nullitas actus ob plures defectus respectu istius partis, praesertim ob omissionem ejus citationem, dum quod non citatos, qui tamquam certi citandi erant, inventarium habetur pro infecto, quamvis quoad citatos sit validum, & perfectum, juxta conf. Bart. 154. n. 8. cum aliis apud Baratt. & Aden. dec. 70. num. 5. Rot. apud Bich. dec. 469. & 482.

In facto autem docebat de aliquibus culposis occultationibus bonorum, eorumque non integra descriptione; Quamvis enim, ut pluribus in aliis infirmatur, juxta magis benignam opinionem, quam Rota, & Curia sequitur, id non inducat omnimodam inventarii nullitatem, quae ejus beneficium privet, Attamen videtur circumstantia nimium considerabilis, ut ea concurrente, rigorose procedendum sit, ac deneganda veniat aequitas super restitutione in integrum; Magnamque impressionem apud me faciebat, quod causa diu, & acriter tractata fuerat in ipsamet Civitate Avenionensi, atque postquam cum magno labore, ac sumptu ista mulier, eoque vir de fraude convicti erant, ita potius subtilitate Advocatorum, & defensorum Curie Romanae ad istud praesidium confugiebant; Ideoque à simili applicari posse videbantur ea, quae habentur in alia Avenion. sub tit. de testam. d. 39. Et consequenter, mihi videbatur, quod de stricto juris rigore, posita culpa, vel malitia in facto, istud confugium admittendum non esset.

FIRMAM PRO MANARDIS, CUM N.

Causa disputatus coram A.C. incertus est exitus.

Aditio hereditatis facta per mulierem majorem, an exigat solemnitates praescriptas per Constitutionem Aegidianam.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 In aditione hereditatis per mulieres prohibitas contrahe, requiruntur solemnitates praescriptae a Constitutione Aegidiana.
3 De differentia inter Aegidianam, & Carpensensem.
4 Quomodo videatur decidenda questio, an solemnitates praescriptae per Aegidianam, vel Carpensensem requirantur in aditione hereditatis facta per mulierem majorem.

DISC. XV.

Cum Manardi creditores N. in vim mandati obtenti ab A.C. curassent executionem fieri super aliquibus bonis, dictaeque executioni se opponeret haeres filius ejusdem

ROMANA PECUNIARIA SEU AFFICTUS PRO BARONE AUGUSTINO, ET FRATRIBUS,

CUM BARONE MARIA, ET FRATRIBUS DEL RENO.

Causa disputatus coram A.C. & in Rota, resolutus ut infra.

De Statuto Florentino, circa inductionem aditionis hereditatis, per solam possessionem domus, aliorumque bonorum à defuncto, possessorem, quomodo, & quando procedat.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 De dispositione Statuti Florentini.
3 Ut non sufficiat declaratio possidentis alio titulo, nisi accedat etiam declaratio Iudicis.
4 Non procedit Statutum in bonis extra territorium Florentinum.
5 Declaratur conclusio, de qua n. 3. & de differentia inter titulum iure domini, & iure crediti.
6 Paul. de Castr. suis compilator Statutorum Florentiae.
7 De aliis ad materiam Statuti remissio.
8 An successor fideicommissi retinendo fructus maturatos tempore gravati, dicatur ejus hereditatem adire.

DISC. XVI.

Possidentibus pro communi praedictis del Nero Florentinis, dotorum fratrum filijs, ex antiquo fideicommissio, castrum Porcellianum in districtu Urbis; Cum Aloysius Maria, & fratres conduxissent ab Augustino, & fratribus eorum portionem, atque locatores petenter coram A.C. aliorum decurtas pensiones à conductoribus expientibus de compensatione cum quibusdam debitis Alexandri Actorum patris; Inter plures inspectiones in ista controversia cadentes, super validitate cambiorum, ex quorum causa debita resultabat, praecipuus punctus erat super hereditaria qualitate dicti Alexandri debitoris Actorum patris, quam illi negabant; Rei verò conventi deducebant ex Statuto Florentino lib. 2. cap. 29. ubi expresse disponitur, quod si filij, vel alij legitimi successores, per 15. dies post mortem defuncti ejus domum, aliisque bona possideant absque expressa declaratione facta coram Iudice super possessione ex alio titulo, quam hereditatis repudiate, & inducta censetur aditio absque aliquo inventarii beneficio, ideoque cum intra dictum terminum, vel longe ultra possiderent, tam portionem dicti castrij, ejusque plures fructus jam collectos, quamvis à solo non separatos ipso Alexandro vivente maturatos, ac etiam domum in Civitate Florentina existentem, ita factus erat locus Statuto.

Cumque in continentem doceretur de dicto fideicommissio includente, tam castrum, quam domum, quodque illud ex hoc iure, actores dicta bona possidere professi essent; Replebatur per alteram partem id non sufficere, nisi accederet etiam decretum Iudicis, juxta punctualiter firmata per Cabal. conf. 156. n. 27. & seq. lib. 1. quae autoritas tamquam individualis magnificabatur.

Scribens ego pro actoribus (etiam in sensu veritatis, qualem Iudex in prima instantia quoque habuit, super hoc puncto licet ex aliis motivis dictam compensationem in parte admiserit) dicebam in primis inspectionem cadere super sola possessione domus Florentiae existentis, tanquam in territorio statuentis, non autem super possessione castrij existentis in territorio Romano, ex generali hodie plana, & recepta conclusione, de qua pluribus sub tit. de success. & alibi, ut Statuta exigant copulativam subjectionem personarum, & bonorum, atque una altera non sufficiat; In individualibus terminis hujus Statuti firmat Paul. de Castr. in l. si fideicommissio de iudic. nu. 4. ubi testatur ita fuisse dictum, istamque doctrinam pluribus receptam fuisse per Rotam Florentinam testatur Ger. Spin. in gloss. seu adnot. ad idem Statutum manscripti. (dum ex prudentialibus motivis praesulum hucusque illi negatum fuit.)

Quatenus igitur pertinet ad possessionem dictae domus; Advertebam quod Cabal. dicto conf. 156. in hac parte equivocat, dum se fundat in autoritate Castr. in l. 1. num. 3. Cod.

ejus debitoris, pro credito dotorum maternarum, vel ex eo quod bona praedicta quaesita essent de pecuniis, & bonis extradotalibus ejusdem matris, ex parte autem Actorum pro huiusmodi exceptione repellenda, ultra alia in facto consentientia, doceretur quod ea, ex cuius persona oppositores veniebant, se immiscuissent paternae hereditati, possidendo, ac distractendo bona hereditaria, alioque actus hereditarios gerendo, continuato spatio annorum 30. & ultra, & donec vixerat, atque replicarentur per alteram partem de huiusmodi aditionis nullitate ob non servatas solemnitates in contractibus mulierum requisitas per Constitutionem Aegidianam lib. 5. cap. 25. Cum receptum videatur, ut aditio hereditatis tamquam actus, ex quo notabilis lesio resultare potest, exigat solemnitates statutaris requisitas in minoribus, mulieribus, & aliis liberam contrahendi facultatem non habentibus, ex deductis apud Royas dec. 285. & 349. & apud Cell. dec. 129. n. 4. & in aliis.

Hinc assumpta de super disputatione; Scribens pro creditoribus, non negabam huiusmodi propositionem, ubi vigeant Statuta generaliter abique certis solemnitatibus inhabilitantia mulieres ad quocumque actus, ex quibus laedi possunt; Dicebam verò nimium dubitandum videri in hac facti specie de applicatione, quoniam dicta Constitutio duas continet partes in quarum prima registratur Constitutio Cardinalis Aegidij, quae per Sixtum IV. & Paulum III. extensa est ad Urbem, ac universum Statum Ecclesiasticum, ut plures advertitur sub tit. de alienat. & contr. ad. & sub tit. de donation. ad materiam infirmationis; Et in hac parte agitur solum de contractibus minorum, nihil verò dicitur de mulieribus majoribus, de quibus solum agitur in secunda parte continente Constitutionem Cardinalis Carpenis, quae vim habet in sola Provincia (in qua tamen erramus.)

Verum quod ad istum casum extendenda non esset, quoniam ubi agitur de mulieribus, Constitutio Carpenis extendit respectu earum Aegidianam disponentem de minoribus, ad quocumque contractus per eas faciendos, ideoque ita disponere videtur de contractibus correctivis cum altero faciendis, in quibus ex parte alterius contrahentis, dolo, vel circumventio adesse potest; Undè propterea probabiliter dicendum videtur non completi huiusmodi actum resultantem à solo animo facientis, & ex potentia legis, absque facto tercij, qui mulierem circumvenire poterit; Potissimè dum nulla dabitur autoritas, vel decisio, quae in istis specialibus terminis Constitutionis Aegidiana, vel Carpenis firmaretur, in hac parte, in qua agit de mulieribus majoribus, huiusmodi casum complectatur.

Quinimo observandum quod potius contrarium rectè sentire videatur Rota in Firmam pecuniaria l. Junij 1654. cor. Verosipio, ubi cum ageretur de aditione patris hereditatis inducta ex actibus factis per mulierem, apponitur huic posse consultum esse beneficium restitutionis in integrum, juxta terminis juris communis, nulla ratione habita dictae Constitutionis; Atque post hanc disputationem habitam, inventa in specie observari per Marium Antonin. lib. 2. variat. c. 11. n. 25. Adhuc tamen intellectus non acquivit, neque desuper maturum iudicium efformari potuit, dum post unam disputationem forsitan ob subequitatem concordiam amplius de causa actum non audivi, neque adhuc occasio praebuit id maturius disputare.

Reflectendo autem ad veritatem, credebam quod huiusmodi questio potius facti, quam juris, ex singulorum casuum particularibus circumstantiis, pro Iudicis prudenti arbitrio decidenda; Si enim aditio ex rigorosa juris censura deduceretur ex quibusdam momentaneis actis, expressis, vel tacitis per mulierem initis, & ad quos gerendos, forte directè, vel indirectè seduci potuit per interessatos in hereditate, ut ita eam habeant obligatam etiam de proprio; Et tunc eadem ratio, ob quam solemnitates requiruntur in contractibus, suaderet videtur, ut eadem requisita sint huiusmodi acti, quam effectu aliud non est, nisi quod contractus cum creditoribus hereditariis, & legatariis, ut advertitur d. 156. seq.

Aut verò agitur de aditione sincera, atque ab huiusmodi suspicionibus aliena, resultante ex actibus non momentaneis, sed longo tempore continuatis, ut in praesenti; Fortassis autem, ubi ex parte ipsius mulieris, absque suspicione circumventionis, fraudis adesse possit, hereditaria bona occupandae, ad dissipandi sub huiusmodi clypeo, & tunc secus dicendum, quoniam jus, tam commune, quam statutarium subvenit mulieribus, ne decipiantur, non autem ut decipiant, atque in dolo verentur, ut in Avenion. d. 39. procedat.

Card. de Luca, Lib. IX.

refultantem, tunc si inventarium est legitime confectum, probat negativam, quamvis per heredem ad eam ad intentionem fundandam allegetur, fecus autem e converso.

Prout si heres, ex persona propria ejus jura adversus hereditatem, ac legatarios, vel fideicommissarios, agendo, vel excipiendo deducat, seu experiat, dicti autem interestati obijciant de qualitate hereditaria inducente confusionem actionum, sive presumptionem solutionis ex aliis bonis & effectibus hereditariis, tunc recte ad favorem heredis probari dicitur negativa aliorum bonorum ex inventario legitimo, non autem ex defectivo, cum similibus, de quibus Cavaler. & Adden, ad Baratt. ubi supra, apud quos concordantes.

Præfens autem quæstio diversa erat, quoniam dicta Elisabetha non faciebat amplius figuram heredis, dum dictus titulus jam evanuerat, ac reductus erat ad non titulum, ea que remanent in terminis simplicis administratoris, non tenebatur reddere rationem nisi de bonis, quæ constabat ad ejus manus obvenisse ex deductis decif. 380. par. 4. rec. tom. 2. ubi in fortioribus terminis iuratis; Neque ex eo, quod defunctus de tempore mortis proximi pecunias in majori quantitate habuerit, eandem pecuniarum existentiam, seu obligationem probata dicitur, quoniam eo etiam brevi tempore, per ipsum defunctum, impendi, atque in alios usus erogari poterunt; solaque contraria possibilitas sufficit ad hujusmodi probationem elidendam, vel obsuscandam, quæ perfecta & concludens dici possit, ut post hæc scripta ponderavit in specie Rota in Anconitana hereditatis 26. Januarii 1665. coram Verospio, & necurget; Potissimè, quia dabatur probationes, & adminicula in genere super profusione notabilis pecuniarum quantitas per defunctum facta circa tempore mortis proxima ob aliquas molestias criminales; Est bene verum, quod omnino, vel defectiva confectio inventarii malum adminiculum causat ad alios effectus, ut sub titulo de legitima, & de ratiõne. & in aliis hoc eod. tit.

SUMMARIUM.

- 1 De operatione inventarii.
- 2 De statu Senensis tollente beneficium inventarii.
- 3 Quando heres in persona, & bonis propriis conveniri valeat.

ANNOTAT. AD DISC. XVII. & seqq.

Quoad ea, quæ concernunt materiam inventarii, & de illius operatione videtur potuerunt deducta sub tit. de Legitima, & de ratiõne disc. 25.

De statu autem Senensis tollente beneficium inventarii, habetur in dicto disc. 33. hoc eodem titulo ubi an qualitas, seu status clericalis exculcat, juxta ea, quæ habentur disc. 22.

Decisio emanata in casu, de quo disc. 21. habetur impressa decif. 449. par. 13. recent. Ad cuius materiam quando scilicet heres in persona, & bonis propriis molestari valeat, videri poterunt deducta sub tit. de iudic. disc. 40.

MUTINEN. HEREDITATIS INTER LAURENTIUM, ET CONSTANTIAM DE CAMONCHIIS.

Responsum pro veritate.

Præceptum à testatore heredi injunctum de non utendo beneficio inventarii, an sit obligatorium, adeoque adita hereditate, hæres tali beneficio uti non valeat, vel potius sperni possit; Et quatenus defectus potestatis non concurreret, an, & quando dicatur adesse defectus voluntatis; Et quomodo dicatur constare, quod testator id voluerit.

Hæres contraveniens voluntati Testatoris, atque nolens ejus præceptum adimplere, an faciat suos fructus ex bonis hereditariis interim perceptos; Et aliqua de imaginaria solutione, seu bonorum hereditariorum appropriatione sibi ipsi facta.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 An testator possit prohibere confectioem inventarii, referuntur opiniones hinc inde.
- 3 Referuntur plura Statuta adimentia beneficium inventarii.
- 4 Ex quibus probatur voluntas testatoris prohibendi inventarium.
- 5 Pro aditione requiritur actus certus & determinatus, & non sufficit suspensus.
- 6 Actus agentium non operantur ultra voluntatem agentis.
- 7 De restituione in integrum competente adversus aditionem factam per majorem.
- 8 Ad effectum caducitatis & pene requiritur dolus.
- 9 De materia imaginariæ solutionis, & appropriationis bonorum, quando introit.
- 10 An heres erogans pecuniam suam in extinctionem eorum alieni hereditarii, ob id faciat suos fructus bonorum.
- 11 Bona fides, vel non mala, excusat à fructibus perceptis & consumptis.
- 12 Hæres putativus bona fidei excusatur à dissipationibus.
- 13 Quando heres ob contraventionem præcepti testatoris tenetur ad restitutionem fructuum.

DISC. XVIII.

Ranciscus de Camonchiis, instituit heredem Lavinio fratrem, mandavit, ut infra mensem post sequum ipsius testatoris obitum, solemniter, ac valide se obligare deberet, ad punctualiter exequenda omnia in testamento disposita, sub pena caducitatis ad favorem Constantiæ fororis, quam tali casu substituit; Atque in hujus præcepti executionem, Lavinius infra terminum præscriptum (salvo beneficio inventarii, cum quo hereditatem prædictam adire velle expressè professus est) dictam obligationem coram Notario, & testibus per publicum instrumentum fecit, deindeque ad inventarii confectioem iuxta formam à lege, sive à loci stylo præscriptam processit; Hinc proinde inter prædictos Lavinium & Constantiam orta est dubitatio, an per dictam obligationem, cum tali præscriptiva factam, contraventionem diceretur dicto testatori præcepto, & an illud esset validum & obligatorium, ita ut factus esset, necne locus caducitati, seu penali substitutioni, atque super hoc pro veritate ex parte utriusque consultus.

Respondi, hujusmodi quæstionem duplicem habere inspectionem, Unam generalem in abstracto super potestate an scilicet volens, possit testator, heredem privare beneficio inventarii, ita ut hujusmodi præcepta valida & obligatoria sint, vel potius sperni possint; Et alteram specialem, & in concreto super voluntate, an scilicet testator id voluerit; Et quatenus sic, adeo, potestas ac voluntas in idem concurrerent, an adhuc integrum esset Lavinio heredi, testatori præceptum implere, atque non obstante dicta contraria declaratione, præfate substitutionis casum impedire.

Super prima inspectione, modicam dixi versari difficultatem, quoniam, licet Guid. Pap. conf. 63. n. 4. Phanucc. de invent. part. 2. num. 69. Gizzarelli. dec. 7. n. 36. Altograd. conf. 84. num. 27. lib. 1. & cæteri apud eos, negent in testatore talem potestatem, ex regula nemo potest, &c. quasi quod hoc beneficium publico favore introductum, privatorium dispositionibus tolli non valeat; Contrarium tamen magis communiter tenent DD. collecti per Sard. dec. 30. numer. 19. & seqq. Cancr. par. 3. var. cap. 2. de invent. num. 233. Cyriac. contro. 160. num. 103. Manuil de imputatione. qu. 134. per totum bene Menoch. conf. 942. numer. 10. cum seqq. ubi tres casus distinguit; Unum, ubi prohibitio est in præjudicium creditorum, & tunc de plano procedit negativa; Alterum, ubi agit de præjudicio legatiorum, & in hoc certant DD. ut liquet ex Croto in d. nemo potest, n. 52. quibus terminis percipit, atque adhuc probabilior videretur negativa obreminationem doli, & occasionem delinquendi; quæ ita præbetur; Et tertium, quoad præjudicium ipsius heredis, ne tali beneficio juretur, & in hoc verior, magisque communis videretur affirmativa, qualem etiam canonizavit Rota apud Cavaler. dec. 471. Atque verè ponderatis autoritatibus, in quibus se fundant tenentes contrarium, præsertim Bald. in l. finali, Cod. arbitrium tuale, n. 6. & Croto ubi supra, cum

cum quibus pertransit Phanucc. non percipit istum tertium casum, sed potius primum, vel secundum; Ideoque videtur originale inventum Guid. Pap. dicto conf. 63. sine autoritate, vel probabiliori ratione; Licet enim alleget Angel. in d. finali. Cod. ad arbitrium tuale, at tamen quantum tunc videtur licuit, hic Author illius tituli repetitionem non facit.

Ex quibusmodum habemus passim recepta Statuta sic disposita, ut præsertim sunt Mediolanense & Florentinum & alia, ita non videtur subesse ratio, cur testatori concedendum non sit idem, cum rectè procedat argumentum à statutis ad contractus, cujus speciem hujusmodi actus habere videtur, quoniam quasi contrahi videtur inter testatorem & heredem, seu inter istum, & creditores, ac legatarios.

Potissimè quia, nulla concurrat resistentia juris naturalis, vel gentium, seu ratio bonorum morum naturalium, adeo de potestate disponentis dubitari possit, quoniam attento jure antiquo, medio, & novo, istud beneficium ignotum erit, cum sit novum inventum Græcorum in jure novissimo Justiniani in l. finali, Cod. de jur. delib.

Ea etiam convincenti ratione ponderata, quod denegandum non videtur testatori præcipere ejus heredi id, quod ab ejus libera voluntate pendet, dum poterat non adire, atque quæcumque præjudicia evitare; Seu adeundo, potest etiam negligendo, hujusmodi beneficio se privare; Ideoque si præjudicium, vel inconveniens in hujusmodi dispositione considerari potest, illud est ejusdem testatoris, quia ita se exponit periculo decedendi ab intestato, & non inveniendi heredem.

Quovè ad alteram inspectionem facti, seu voluntatis; Dixi, ut quoties verba non sint clara & expressa, sed æquivoca, seu ambigua, tunc certa, & determinata regula de supertradi non valeat, cum totum pendeat ex singulorum casuum individuis circumstantiis, prudentis Judicis arbitrio infimul ponderandis inspecta scilicet qualitate testatoris, an sit literatus, vel idiota; Quantitate æris hereditarii, ac legatorum, aliorumque onerum, quæ testator integre impleri voluit; Qualitate scripti heredis, si scilicet aliquam præventionem haberet ex persona propria contra hereditatem, sub cuius prætextu, seu clypeo frequentius solent hæres beneficii, lites contra hereditatem excitare, atque ita mortificum voluntatem eludere: Ac etiam inspectis verbis, ex quibus desumendum sit, an testator ad id cogitaverit, talisque fuerit ejus intentio; Itaque sunt illæ circumstantiæ, quæ in proposito considerari solent per DD. de materia agentes, præsertim Barbut. conf. 64. Cravett. conf. 174. Menoch. d. conf. 942. numer. 15. cum seqq.

In hac autem facti specie, istis ita insinuat: De proprio judicio respondere non potui, dum, quadam brevi particula testamenti solum transmissa, considerari non potuit totius testamenti contextus, qui semper inspicendus est pro defuncti voluntate indaganda, cum una pars alteram declararet, seu coadjuvaret, atque frequentius ex tota dispositionis massa desumatur illa voluntas, quæ ex singulis partibus desumi non potest, neque dictarum aliarum circumstantiarum notitiam habebam.

Quovè ad effectus exinde resultantem, quatenus potestas & voluntas concederentur; Dixi quod, ad detecta hereditate minus idonea, controversia erat cum creditoribus, & legatariis volentibus heredem insoldum convenire etiam ultra vires: Aut erat cum substituto prætendente factum esse casum dicti penalis substitutionis ratione contraventionis; Primo casu, si heres scribitur vellet talem personam exuere, atque ad evitandas creditorum & legatario- rum molestias, efficit non heres, absolute tunc pro eo dixi respondendum videri, quoniam aditio hereditatis dicitur actus pendens ab animo, qui ad hunc effectum certus, ac determinatus esse debet, non suspensus ab aliqua protestatione ad notata per scribentes in l. pro herede, ff. de acq. hered. de quibus plene Cyriac. contro. 244. n. 33. 36. & 64. Unde cum hic declarasset adire hereditatem, cum beneficio legis & inventarii, & cum clausula non alius, aliter, nec alio modo, quatenus id subsistere non possit, cessare dicitur adeundum voluntas, cum actus voluntarii non possunt obligare ultra voluntatem, neque actus agentium operentur ultra id, quod voluntas est ad ex. in l. voluntario, C. de excusat. tutor. l. tutoris, C. de negot. gest. Mant. dec. 267. n. 3. & in his terminis Cyriac. ubi supra, n. 36. apud quem cæteri; Clausula enim prædicta removet consentium ab actu, atque in-

ducit præcisam conditionem, ita ut tollat consentium in radice, atque omnino cessare faciat animum aliis non faciendi, proinde actus habeatur pro infecto, ex iis que in proposito alienationis factæ per prohibendum, & ex qua, pena caducitatis, vel alter malus effectus resultare potest, habentur apud Merlin. decif. 871. nu. 4. cum seqq. Othob. dec. 16. cum similibus, de quibus sub tit. de emphyteusi, & sub alio de fideicommissis.

Et in omnem eventum, cum voluntas non esset expressa, & clara, unde probabiliter hæres adeundo, credere potuit, quod tale præceptum sibi injunctum non esset, ac etiamstantibus dictis autoritatibus, probabiliter opinari poterit defectum potestatis, ideoque ubi etiam præceptum esset expressum, non esset obligatorium, idcirco ex his certum mihi videri respondi, resultare justam causam, ob quam ex clausula generali, si qua mihi, adversus dictam aditionem, concedenda venisset restitutio in integrum, quam etiam majoribus adversus aditionem hereditatis sit è beneficio inventarii ex justa causa concedendam esse, in fortiori etiam casu plene firmatur per Rotam dec. 82. p. 9. rec. que reputatur in materia magistralis sæpius deinde canonizata, præsertim in Sancti Severini inventarii 30. Martii 1661. coram Verospio, & 23. Januarii 1662. coram Emerx: Fortius autem in præfati casu, in quo cessant ille difficultates, quæ pro hujusmodi restitutione deneganda excitantur apud Andreol. contro. 101.

Quatenus verò ob hereditatis idoneitatem, ac opulentiam, admissa etiam dicta voluntate, hæres prædictus nollet hereditatem dimittere, sed eam, etiam sine tali beneficio agnoscere, adeo ut soluta controversia esset cum substituto prætendente, quod ratione contraventionis factus esset casus penalis substitutionis; Et tunc abique dubio respondendum dixi pro herede contra substitutum, quoniam præceptum non continebat prohibitionem conficiendi inventarium, sed solum punctualiter, & integrè, adimplendi per ipsum testatorem disposita, & sic contraventione non consistebat in modo adeundi, sed solum in usu dicti beneficii, recusando ejus vigore adimplementum, sub prætextu retinendi bona hereditaria, ex propriis præventionibus, & juribus, quæ per inventarium preservata remanent; Ideoque contraventio consistit potius in usu, seu effectu dicti beneficii, quàm in confessione illius actus, ex quo illud in potentia competere potest, quoniam potentia, quæ non reducitur ad actum, non habetur in consideratione.

Et nihilominus, ubi etiam de stricta censura, modus adeundi, talem contraventionem importare possent, adhuc tamen præmissæ dubitationes, tam juris, quàm facti, sufficientem, ac justam excusationis causam præbebant à dicta penali caducitate, ad cuius effectum receptum est requirit malitiam, & dolum, ita ut contraventio sit culpa ex deductis in his terminis substitutionis penalis apud Merlin. 8. dec. 491. n. 1. Othob. dec. 110. n. 10. & sequ. & per tot. Neapolitana hereditatis 30. Januarii 1660. coram Cerro, & habetur sæpius in sua materia sub tit. de fideicom. præsertim disc. 154. cum plurib. seqq.

Ideoque ubi dicto Lavinio heredi expedit hereditatem non dimittere, non tamen simpliciter agnoscere, ut hoc præceptum testatoris de punctualiter adimplendo per eum disposita, importaret prohibitionem usus beneficii, & inventarii, ac effectuum exinde resultantium; Tunc consilium ut ad se preservandum à dicta caducitate, fieri deberet per publicum instrumentum coram Notario, & testibus, sive penes acta alicujus Judicis competentis, declaratio, quod crederit, & credat, & per obligationem intra statutum terminum jam factam, fatiscesse præcepto testatoris, quod tamen, tam ex dispositione juris, ac ratione potestatis, quam ex facto ratione voluntatis crediti compatibile cum beneficio inventarii, cum quo hereditatem adire professus est; Et nihilominus, quatenus de jure, ac jure, ac fer. fer. declararetur, quod diversa esset testatoris voluntas, quodque illa de jure efficax, & obligatoria esset, tali casu, ex nunc omni meliori modo, eam observare se obligabat ad ejusdem testatoris mentem, à competentis Judice declaratam.

Ubi verò dicto heredi non expedit hujusmodi periculo se exponere, sed potius heredis personam exuendo, jura propria contra hereditatem experiri; Consultus etiam fuit de fructibus medio tempore perceptis, an venissent restituendi; Et quatenus generaliter affirmativè respondendum esset, an saltem suos fecerit eos, quos alius solvere oportuisset creditoribus censuariis, seu aliis usurariis per ipsum de propria pecunia dimissis.